

prospicere, ideo notificandum duximus universis tam futuris quam presentibus, quod quidam ministerialis noster nomine Heidenricus cum voluntate et permissione nostra et consensu germani fratris sui duos mansos sites in villa Cotisovve iuxta Yscerstete in pago Thuringie, partim pro remedio anime sue, partim etiam pro pretio contulit claustrum sito iuxta Mysne, quod dicitur Cella sancte Marie, in presentia maiestatis nostre in curia apud Altimburc celebrata. Sunt autem huius rei testes. Berno episcopus Zuiricensis. Abbas de Pigovve. Hermannus palatinus Saxonie. Marchio Theodericus de Lusiz. Comes Dedo frater eius. Albertus de Hyltimburc. Albertus de Grvmbah. Hugo de Wartha. Tiemo de Koldiz et alii quam plures. Ea, que supra memorata sunt, auctoritate nostra confirmamus et sigilli nostri impressione roboramus statuantes et firmissime precipientes, ne quis ea in posterum infringere seu inmutare presumat. Acta sunt hec anno domini MCLXXIII, indictione I.

(S.)

## 473.

*Markgraf Dietrich und dessen Bruder Graf Dedo werden vom Kaiser Friedrich I. mit anderen Fürsten vorgeschlagen, deutscherseits den mit den lombardischen Städten abzuschließenden Frieden zu beschwören.* 1183 vor Febr. 4.

*Hdschr.: Kop. Registrum privilegiorum et concessionum (1055—1260). Munizipalarchiv Modena.*

*Gedr.: Mon. Germ. Leg. 2,173. Stumpf 4354.*

*Ann.: Prutz, K. Friedrich I. 3,370 weist nach, daß die Urkunde vor Febr. 4, der folgenden Urkunde (No. 472) ausgestellt ist.*

— — Ecce nomina principum et militum, qui iurare debent. Archiepiscopus de Maganza. Archiepiscopus de Colonia. Archiepiscopus de Salseburgo. Episcopus de Panbergis. Episcopus de Guarmasia. Episcopus de Straseburgo. Episcopus de Basela. Episcopus de Spira. Episcopus de Renesburgo et cancellarius imperatoris abbas de Volt. Dominus imperator F[ridericus] et rex Henricus eius filius et alius eius filius, qui est dux. De Saxonia Bernardus dux et dux Guelphus et dux de Zarengo et dux de Boioeria et dux de Austro-rico et dux de Stira et dux de Boëmia. Dux de Carantana et marchiones de Saxonia, scilicet marchio Tiris et frater eius comes Dede et landegravii<sup>a</sup>), qui sunt imperatoris nepotes, et frater imperatoris. Comes Henricus de Decio, et comes de Savolia. Comes palatinus de Doengo. Guarnerius de Balenda. Cono de Miciborgo. Henricus marescalcus. Conradus de Scainke. Rodulfus camerlengus. Albertus de Grognengo. Albertus de Adelburgo et omnes, qui habent amministrazioneem ab imperatore in Lombardia et Marchia et Romania, infra mensem, ex quo cepit amministrare. — —

473. a) landegravii.